



**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XX. De corpore vitiatis ordinandis, vel non.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

quam ferentibus habitum, & tonsuram. Non fert autem talis restitutus, cum jubeatur esse ejusdem conditionis, cuius erat ante gradum, *can. Nulli diff. 34.* Ut habitum & tonsuram eum deferre minus conveniat Ecclesiasticae dignitati. Quantum ad privilegium Canonis, nec hoc ei salvum, saltem quoad dominum, cui in nullo prajudicatum per gradum. Idem quoad alios vult *Glossa*, *fin. in d. can. Nulli*, quasi depositus careat omni Clericali privilegio. Sed contra dicendum, eum non privati omni privilegio Clericali, arque ita non impune percuti ab aliis, ut tradit Hostiensis *hic c. 2.*

*& Glos. fin. in c. 2. De penit. in o.* Libertus licet videatur irrigularis, per *can. fin. Diff. 54.* propter speciem quandam servitutis, quam retinet, consecrari tamen domino quin licet ordinetur non est dubitandum, & liberetur quo ad viles saltem conditions, non quoad eas, quae concordant exhibitionem honoris & reverentiae.

*3.* Porro servorum nomine videntur venire & originarii; & simili conditioni obnoxii, quo ad impedimentum ordinationis, propter generalitatem texti, in *can. Generalis* & *can. Administratur Diff. 54.* ne sis, quibus obligati sunt fratres injuria. Possent dici etiam impediti causa oblationis, de qua Tit. sequenti.

### TITULUS XIX.

#### De obligatis ad Ratiocinia ordinandis, vel non.

##### SUMMARIUM.

1. Ratio hujus impedimenti.
2. Obligatio ex administratione rerum secularium procedat oportet.
3. Reddis ratiobus quatenus quis admittendus ad Ordines.

**R**atio civilis, qua nemo per dolum aut fraudem rem suam alienare potest, quo duriorem faciat adversario conditionem, sit. *D. De alienat. jud. & utan. caus.* etiam per Canonem recepta facit obligatum ad reddendas rationes ordinari non posse. Fieri enim posset, ut hujusmodi homines, alienis negotiis implicati, ideo ad facios Ordines properarent, ut

hac Ratione laicorum jurisdictione subtraheti, non nisi coram judge Ecclesiastico convenienter: non sine detrimento eorum, quibus sunt obligati, quibus propterea redditus persecutio difficilior. Quae res reprehensioni obnoxiam faceret ipsam Ecclesiam, quae tale genus hominum suscipiendo videretur eorum fore nequitiam. Praterea condemnatio talium, propter male peractum officium, eos notaret infamia, quae redundaret in ipsam Ecclesiam.

Procedunt hæc, sive obligatio tendat ad actiones sui ministerii peragendas, sive ad ratiocinia reddenda: quatenus tamen otia est ex administratione rerum sæcularium, sive publicarum, sive privatarum, uti patet ex cap. unic.<sup>o</sup> b. t. Ubi etiam turcos repelluntur, & curatores, cum sit eadem in privatis ratio, quæ in publicis. Aliud est, si connectat administrationem tenuum Ecclesie, aut pertinentium ad priam causam, cum ejusmodi administratio non sit aliena ab officio Clericali, nec subsistit ratio mutandi fori. Pro quo facit *can. 1. Diff. 86.* & *can. Iudicatum Diff. 89.* Abbas & Innoc. add. c. unicum.

Reddis ratiobus, etiam si administrans, debitor remanserit, non videtur tamen rem vendus ab Ordinibus, cum nullo jure sit eatum, ob debitum privatae personæ induci hoc impedimentum: nisi & simul ponatur paupertas, quia non habet sustentationem congruam, uti requiri dictum *suprà. sit. 14.* aut debitum tale, cuius nomine lis, aut molestia meratur: tunc enim eadem estratio, quæ in superioribus, ac proinde idem impedimentum.

### TITULUS XX.

#### De corpore vitiatis ordinantis, vel non.

##### SUMMARIUM.

1. Corpore vitiatus cu[m] pa[ci]ta qualiter fiat irregularis.
2. Andire[re] non concurrens ad sui multilatorem?
3. An neque invenerit cum uxore alterius?
4. Sine vitiati culpa non incurritur irregularitas.

*g. Ex-*

## Tit XX. De Corpore vitiatis ordinandis, vel non.

69

5. *Exfectio virilium quatenus causet irregularitatem.*
6. *Qualiter defectus impediens usum Ordinis.*
7. *An & qualiter defectus oculi?*
8. *An claudus removendus ab Ordinibus?*
9. *An surda fieri. An iuvenitus?*
10. *Removendi leprosi, epileptici, &c.*
11. *An & hermaphroditi?*
12. *Quid si feminam contingat mutari in mammem?*
13. *Dispensat super hoc virtus Pontificis.*

**I**nducit & irregularitatem vitium corporis, coquente in alicuius membris defecta, impediens usum Ordinis, vel inducente notabilitatem deformitatem.

Ubi notandum dicitur istum causari vel culpa ejus, cui accedit, vel sine ejus culpa, uti à nativitate, morbo, injuryia alterius, casu. Priori modo, si abscessio sit membrorum principalis, quale est, quod habet distinctum ab aliis partibus officium, uti est oculus, manus, aut tarsus & similia, sive pars ejus, inducitur irregularitas, sive notabilitas impediens usum Ordinis, aut deformitatem inducat, sive non dummodo tanta sit, ut per se, & seclusa omni inadvertentia, fieri non poterit sine mortali peccato. Quo modo partem digitis, etiam non necessariam ad usum Ordinis, sibi per indignationem abscedens removetur, can. Qui parvem dist. 55. Neque enim in eo tam consideratur defectus, quam voluntas ea sibi feruum injicere, ut, licet sit abscessio occulta, veluti digitis, pedis, nihil magis excusat. Quod si per alium contingat abscedi partem non principalem, non quidem sine culpa passi, sed qui directe non fuerit cooperatus ad sui mutilationem, si sine scandalo possit celebrare, ei est permittendum, veluti si cui in duello pars digitis sit abscessus, c. 1. h. 1. Longe enim atrocius est, in se ferrum sumere, quam ab alio pati. Nec facit, quod d. c. 1. videatur loqui dispensative: nam hoc ipsum tantum respicit in dignitatem facti, cui se immiscendo partem digitis amissit, quo per penitentiam purgato dicitur permittendum ab Episcopo celebrare. Qui directe quidem non concutitur, culpa tamen sua per alium patitur mutilationem membrorum principalis, licet occultam, neque impedientem usum Or-

dinis, nec adferentem deformitatem, nihilominus est irregularis, veluti qui à judice & mutilatus ob crimen, vel ab alio, quem iniuste fuerit aggressus.

Quid si à marito turpiter quis inventus cum uxore, patius sic ab eo amputationem? Huic esse irregulari tenet Hostiensis in Summa hie n. o. & Navarr. cap. 27. n. 198. Quae sententia fundari potest in ratione, quod in directa voluntate voluntarie se exponentis tali periculo aequiparetur directo off. Etui, perteat, in cap. 3. hoc t. in v. ibis, qui seipso abscederint, vel affectaverint, ut ab aliis abscederentur. Eadem proba & Covarr. ad Clem. Si furiosus p. 1. in princ. num. 6. & est communiter recepta atque ita tuta. De rigore tamen dubitari de ea possit, cum d. c. 3. loquitur de eo, qui se abscedit, vel affectavit: ut abscederetur, uti & can. Si quis 7. dist. 55. Ut videatur requiri propria voluntas vel affectus. Nemo autem dixerit, cum qui cum adultera invenitur, adfectare, ut à morte ejus abscedatur secundum ea, quae dicentur in inferno ad iiii. de homicidio.

Posteriori casu, quando scilicet non subest culpa vitiati, distinguendum est, in qualitate defectus. Aut enim defectus talis est, qui impedit usum ordinis, vel omnino, vel faltem, aut non securum, aut sine periculo scandalove fiat, propter deformitatem: vel non impedit, nec scandalum aliquod ponit. Posteriori hoc casu nulla ponitur irregularitas, Navarr. d. loco num. 149. c. fin. h. t. d. can. qui partem dist. 55. Ratio est quod non imponatur nisi ex culpa vel causa. Culpa autem hic non est ut presupponitur non etiam causa, cum non sit impedimentum usus Ordinis, nec indecentia illa subsist. Hinc cui exfecta sunt genitalia, casu aut per injuriam, aut postulante vim morbi, aut per naturam iis caret, non rejicitur ab Ordinibus. Cum cetera culpa & causa secundum jam dicta. Secus se res habet in eo, qui sibi abscedit virilia licet, causa sedandi motus libidinis. can. 4. & 5. dist. 55. Cum eo tamen, qui per simplicitatem putans mereri, se castravit, dispensatio mandat Pont. circa tamen altaris ministerium, c. 4. h. t. Non est autem necesse in casu abscessorum virilium, circa culpam abscessi, ea in pulvrem redacta aut siccata secum portare, ut vulgo puratur secundum Gl. in

3

849.

70 H. ZOESII Comment. in lib. I. Decretal.

*can. Eunuch. dist. 55. & Nav. d. c. 27. n. 200.*

6 Propter casu, quando scilicet impeditur usus Ordinis, inducetur omnia irregularitas, uti in eo, qui oculus est murus, balbus sive blasius, cui impedita est lingua [ nam si usum ejus habeat commodum, aliud dicendum, ] altera carentia manus, aut digito ad celebrandum necessario, *cap. pen. & fin. b.t.* Quod & procedet, si manus, aut digitus sit adeo debilitatus, ut ejus non sit usus, per d. c. fin. ubi vis ponitur in eo, quod sic poteris ad frangendam hostiam, qua potentia sublata inducitur contraria dispositio.\* Oculi unius armis, eti non ponat impedimentum quoad usum, ponit tamen deformitatem, ex qua causatur irregularitas. *can. fin. dist. 55.* Ubi quidam distinguunt inter oculum dextrum & sinistrum, quod scilicet hujus defectus irregularitatem ponat, non etiam illius. Arque hunc tradunt esse stylum Curiæ, cum tamen d. c. fin. indistincte loquatur: nisi quod integer usus huiuscaen faciliorem dispensationem, cum faciat actum celebrandi sur legendi Canonem minus deformem; unde & vocatur oculus Canonis, Navarr. d. num. 199. Ubi quidam putant Episcopo esse licentiam dispensandi in casu, quo virtus sit exigua. Deformitatem ponit oculus erutus, carentia nasi, aut partis notabilis, vulnus deforme in facie, pedis carentia.

8 Quid dicendum de clando? Resp. Corpore quidem esse viciatum, non tamen taliter, ut sit removendus ab Ordinibus, modo incusat sine baculo ad Missa officium celebrandum, uti responsum *can. Nullis 57. de consecr. dist. 1.*

9 Defectus auriculae non videtur ponere impedimentum, si cellet scandalum, & possit sati tegi, Navar. *conf. 6. b.t.* Surda sive difficulter audirens non videtur esse irregularis; secundum Navar. *conf. 6. hoc. 2.* Surdus tamen omnino non videatur idoneus: quia audire non possit ministrum respondentem, & facile sit oriri confusionem ac scandalum. Nulla est tamen juris super hac re dispositio: nec videatur omnino necessarium, ut Sacerdos audiar ministrum respondentem. Navar. d. *conf. 6. Vid. Gloj. in can. Hoc quoque de consecr. dist. 1.*

10 Quid juris in luctuoso? Resp. Hoc certam definitionem non habere, sed, ut pleraque a lia dubia corporis vita, arbitriatum esse, &

dependere à discretione illius, ad quem cogitatio ejus respectat, *cap. 6. b.t.* Quis si tantam eam videat, ut ob nimiam corporis inclinationem, & oculorum ad motionem; ponat deformitatem, non admittet taliter adscetur ad Ordines. Quod & dicendum de macula in oculo, si inducat deformitatem, *d. c. 2.* Et in genere notabilis deformitas apparentis partis corporis facit quem ad Ordines non admitti. Nam si ea occulta fuerit non obseruit, veluti si quis habeat amplios digitos pedis, aut deminutos, atque ita deformes.

Scandalum, & abominatione faciunt removendi leprosum, epilepticum, id est laborantem morbo caduco, energumenum, id est à demone obsessum, *can. Maritus dist. 33.* Navarr. in *Summa cap. 27. n. 202.* abhorrentem bibere vinum, ut sit emovendi periculum, & cui sunt manus tremulae, ut sit periculum subversoris calicis. Sunt enim vitia hujusmodi, & similia, impedita commodum usum Ordinis: ut irregularitatem inducat omnino, si procedant ordinationem, si vero subsequantur, tantum ejus Ordinis usum impediunt, qui sine periculo & scandalo exerceti non potest, *i.e. inf. de clericis agro.* ubi Sacerdos, cuius absissa manus, licet celebrare nequeat, reliquis tamen sacerdotalibus fungitur;

Quare potest de hermaphroditio, an & que- 12  
teous sit irregularis. Resp. Si infexum formicium inclinet, non tantum esse irregulariter, sed & incapacem characteris, Navar. d. locon. 203. Idem est, si utrumque sexum participet, quia absolute & simpliciter non est vir, quod ejus denominationem absolute non recipiat. Nec obstat, quod hoc casu detur illi optio, cui sexu infervire malit: hoc enim procedit quoad actiones exteras & civiles, non etiam quod Ordinum capacitatem, quæ non pender ex electione unius, aut alterius sexus, sed ex naturali personæ conditione, quia credimus, non nisi viris licere exercere hoc Sacramentum, secundum dicta superius sit. 11. Si viuili sexu prævaleat, dici potest Ordinis capax, quia vir habetur, *i. quartius D de statu hom.* Non videtur tamen plausibile accidens propter monstrositatem, & exindecentiam, Navar. d. n. 203. Quamvis non desit, qui volunt ordinari posse, quod haec mon-

monstrofitas sit latens, & talis non impedit,  
Toler. in infiss. c. 57. n. 15.

**13.** Quid si contingat fœminam erumpente na-  
tura in virum mutari? Resp. Hoc factum esse  
colligi ex Plinio, Natur. hist. l. 7. c. 4. eamque  
ideo nec incapacent videri, nec irregularem,  
cum tota in virum sit mutata, ne caliqua ob-  
stet monstrofitas. Ut ordinari posse sit dicen-  
da, nisi obstat scandalum.

De significatione mystica vitiorum quo-  
rumdam corporis, quæ ab ordinando remo-  
vent, vide can. 1. & 2. disp. 49.

Dispensatio ex communione opinione super hoc  
14. virtus spectat ad Rom. Pont. Covart. ad d.  
Clem. Si furiosus p. 1. in prim. n. 7. non etiam ad  
Episcopum. Nihil obstante c. 4. h. t. cum in eo  
Episcopus dispenset auctoritate Pont. ut ex e-  
jus electione pater. Est tamen Episcopi arbit-  
rio telicuum examen caularum inhabilitatis,  
deformationis, mutilationis, scandali, cau-  
lantium irregularitatem, Innoc. c. 1. h. t. per c.  
2. sed. & can. Communiter disp. 33.

## T I T U L U S XXI.

### De Bigamis non ordinandis.

#### S U M M A R I U M.

1. Bigamia spoliat omni privilegio Clericali.
2. Bigamia vera quomodo contrahatur.
3. An & solacculpa, circa immisionem seminis.
4. Non contrahitur per concubinatum.
5. Contrahitur etiam per uxorem, quam habuit  
ante baptismum, altera postea duxit.
6. Bigamia Interpretativa.
7. Non contrahitur ab eo, qui falsè putat se du-  
cere corruptam.
8. Contrahebitur ab eo, qui unam validè duxit,  
alteram defacte.
9. Et contra qui primam in invalidè, alteram va-  
lide.
10. Item qui duas duxerit de facto & nulliter.
11. An & quando invalidum est matrimonium  
ex parte consensus.
12. An & vi duæ ducula nulliter?
13. Bigamia Similitudinaria.
14. Irregularitas hæc est juris humani.
15. Bigami an careant omni privilegio Clericali.
16. Cum Bigamia dispensat Pontifex.
17. Dispensat & Episcopus super bigamia simili-  
tudinaria.
18. An & super vera occulta?
19. Bigamia non tollitur per ingressum Religionis.
20. Pralatus Religionis an sit jus dispensandi?
21. Bigamus cur habeatur contrahens cum cor-  
rupta, non ipse antea corruptus.

**O** Mni privilegio Clericali nudat bigamia,  
ut & Ordine insigniri, & in suscepito mi-  
nistrare impedit, c. unico eod. in 6. non ratio-  
ne peccati, quod per eam minimè incurritus  
can. fin. disp. 26. licet secus somnient quidam  
haeretici, cum Ecclesia nequidem trigamiam  
damnet, & Christus semper virum non dam-  
naverit, can. Aperiatur cum seq. XXXI. q. 1. sed  
quod deficit tepraefatio ministerii unionis  
inter Christum, per eum incarnationem, & Ec-  
clesiam contractæ, c. 5. Glos. V. Sacramentum h. s.

Bigamia denotat duplices nuptias. Tres e-  
jus species communiter adsignantur. Prima  
Propria & vera, quæ contrahitur per nuptias  
consummatas successive cum diversis, can. 4.  
& 5. disp. 26. Dico, consummatas, quia crita  
copulam non est carnis divisio in plures, in  
quæ ponitur ratio bigamiae.

Ubi queritur, An ad bigamiam requiratur 3  
immisso seminis? R. Hoc aliquos negare, ad-  
seentes, solam sufficere copulam, evitatio,  
quod Ecclesia presumat ex copula consumma-  
tum matrimonium. Quæ ratio ut in foro ex-  
tero procedat, propter perfectæ copulae præ-  
sumptionem, probabilius tamen, in foro con-  
scientia non ponì bigamiam licet que promovi-  
ter ad ordines, si res si occulta, nam alias  
scandalum obstarat. Pro qua parte urget, quod  
passim dicitur, non nisi per divisionem carnis  
in plures contrahi bigamiam: quia divisio non  
potest fieri nisi per consummationem, non e-  
tiam consummatio circa semen immisionem.  
Qua ratione in can. Lex XXVII. q. 2. & in c. 20.  
inf. de convers. conjug. requiritur copula &  
committit corporum ad consummationem  
matrimonii copula vero non ponitur uti nec  
committit, nisi immisso semine, per quod de-  
mum flunt una caro vir & mulier. Vid. San-  
chez. de matrim. Tract. 7. disp. 83. n. 6. Steph. de  
Avila De censuris Eccles. p. 7. disp. 8. dubio 1. vers.  
Præserua.

Dico, per nuptias; quia requiritur affectu 4  
maritali fiat ista divisio in plures. Ut per con-  
cubinatum cum diversis non contrahatur bi-